

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

1. Vtrum Christus sit subiectus patri.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](#)

## QVAEST. XX.

nem huius articuli ,  
proper Arrij. Lerro-  
rem motus vñ. Et cū  
quāta caute loquē-  
dum est, & si fermo-  
ni cauta deest, non  
desit intellectus la-  
nus sensus.

¶ Tertiò, De ipsius sacerdotio. F  
¶ Quartò, De adoptione, an ei  
conueniat.

¶ Quinto, De eius prædestina-  
tione.

CIRCA primum queruntur  
duo.

¶ Primo, Vtrum Christus sit  
subiectus Patri.

¶ Secundò, Vtrum sit subiectus sibiipso.

## ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum dicendum sit Christum subiectum Patri.

2. p. q. 42. ar.  
4. ad 1. & q.  
43. ar. 7. ad 1.  
& 3. dñs. 14.  
art. 1. ad 2. &  
di. 17. ar. 3. q.  
1. co. & 1. co.  
15. lec. 1. fin.  
ca. 4. habetur  
hic lib. inter  
opera Aug.  
tom. 2.  
q. 1. 6. art. 8.  
L. 3. orth. fi.  
c. 2. 1. par. an  
temed.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur, q̄ non sit dicendum, Christū esse subiectum Patri. Omne enim quod subiectur Deo Patri, est creatura, quia vt dicitur in lib.\* de Ecclesia dogmatibus, in Trinitate nihil est seruens neque subiectum: sed non est simpliciter dicendum, q̄ Christus sit creatura, vt supra dictum est: ergo etiam non est simpliciter dicendum, quod Christus sit Deo patri subiectus.

¶ 2. Prat. Ex hoc dicitur aliquid Deo subiectum, quod est eius dominio seruens: sed humana natura in Christo non potest attribui seruitus: dicit enim Damasc.\* in 3. lib. Scindendum est, quod neq; seruam ipsam, scilicet humanam naturam Christi dicere possumus: seruitus enim, & denominationis nomina, nō natura sunt nomina cognitio-  
nis signa, sed eorum, quae ad aliquid, quemadmodum paternitatis, & filiationis nomina: ergo Christus secundum humanam naturam non est subiectus Deo patri.

¶ 3. Prat. Prioris ad Corinth. 15. dicitur, Cum autem subiect illi fuerint omnia, tunc ipse filius subiectus erit illi, qui sibi subiect omnia: sed sicut dicitur Hebr. 2. Nunc, necdum videmus omnia subiectae ei: ergo nondum ipse est subiectus Patri, quicci subiect omnia.

**S**ED CONTRA est, q̄ Dominus dicit Io. 14. Pater maior me est. Et Aug. dicit in 1. de \* Trin. Non im-  
merito Scriptura vtrumq; dicit, aequalē Patri filium, & Patrem filio maiorem: illud enim propter formam Dei, hoc autem proper formam serui sine vila confusione intelligitur, sed minor est subiectus maior: ergo Christus secundum formā serui est Patri subiectus.

**R**ESPON. Dicendum, q̄ cuiilibet habenti aliquā naturam, conuenient ea, quae sunt propria illi naturae. Naturā autē humana ex sui conditione habet triplicem subiectiōnē ad Deum. Vnam quidem secundum gradum bonitatis prout s. diuina natura est ipsa essentia bonitatis, vt patet per Dion. \* 1. ca. de diu. no. natura autē creata habet quandam participationē diuinā bonitatis, quasi radij illius bonitatis subiecta. Secundō, humana natura subiectur Deo, quantum ad Dei potestatem prout s. natura humana; sicut & quilibet creatura subiect operationē diuinē dispositionis. Tertio modo, spe cialiter humana natura Deo subiectur, quantum ad proprium suum actum, inquantum s. propria voluntate obedit mandatis eius. Et hanc triplicem subiectiōnē ad Patrem Christus de seipso confitetur Primam quidem Matth. 19. Quid me interrogas de bono? vñus est bonus Deus. Vbi \* Hieron. dicit, q̄ quia cum magistrum vocauerat bonus, & non Deum, vel Dei filium confessus erat, dixit,

Super illud,  
Quid me in-  
terrogas de  
bono? o. g.

## ARTIC. I.

hominē, quamvis sanctum, in cōparatione Dei non esse bonum. Per quod dedit intelligere, quid ipse secundum humanam naturam non pertingebat ad gradum bonitatis diuinā, & quia in his, quę non mole magna sunt, idem est esse maius, quod melius, vt Aug. dicit in 6. de Trin. \* ex hac ratione Pater dicitur maior Christo fm humana naturam. Secunda etiā subiectio Christo attribuitur, in quantum omnia, quae circa humanitatem Christi acta sunt, diuina dispositione gesta creduntur: vnde Diony. † dicit 4. ca. Cal. Hierat. q̄ Christus subiectur Dei patris ordinatioibus. Et hec est subiectio seruitus, qm quod omnis creatura Deo seruit, eius ordinationi subiecta, secundum illud Sap. 16. Creatura tibi factori deferuens. Et s. m. hoc, etiam filius Dei Philip. 2. dicitur, formam serui accepisse. Tertiam etiam subiectiōnē attribuit sibiipso Ioan. 8. dicens, Quae placita sunt ei, facio semper. Et haec est subiectio obedientiae. Vnde dicitur Philip. 2. quod factus est obediens Patri usque ad mortem.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, q̄ sicut non est simpliciter intelligendum, quod Christus sit creatura: sed solum secundum humanam naturam, sive apponatur ei determinatio, sive non (vt supra dictum est \*) ita etiam non est simpliciter intelligendum, quod Christus sit subiectus Patri: sed s. lolum secundum humanam naturam, etiā si haec determinatio non apponatur, quam tamen convenientius est apponere, ad evitandum errorem Arrij, qui posuit filium minorem Patre.

**H**E SECUNDVM dicendum, q̄ relatio seruitus, & dominij fundatur super actione, & passione, in quantum s. serui est moueri à domino s. imperium. Agere autem non attribuitur natura sicut agenti, sed persona: actus enim suppositorū sunt & singularem, s. Phil. \* attribuitur tamen actio Lib. 11. s. nature, sicut secundum quam persona, vel hypostasis agit, & ideo quamvis non proprie dicatur quod natura sit domina, vel serua, potest tamen proprie dici, quod quilibet hypostasis, vel persona sit domina, vel serua secundum hanc, vel illam naturam. Et secundum hoc nihil prohibet, Christum dicere Patri subiectum, vel seruum secundū humanam naturam.

**A**D TERTIUM dicendum, q̄ sicut Aug. \* dicit in 1. de Trinit. tunc Christus tradet regnum Deo, & Patri, qm iustos, in quibus nunc regnat per fidem, perducturus est ad speciem, vt s. videant ipsam cōfidentiam cōm Patri, & filio. Et tunc totaliter erit Patri subiectus non solum in se, sed etiam in membris suis, per plenam participationem diuinae bonitatis. Tunc et omnia erunt plene ei subiecta per finalē impletionē suę voluntatis de eis, licet et modo sint omnia ei subiecta, quantum ad potestatem, secundum illud Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas in celo, & in terra.

¶ Super Quaestio 20.  
Articulum 2.

Vtrum Christus sit subiectus sibiipso.

**T**ulus clarus est i. s. sed sua cœla ex artic. colligitur, q̄ est diuersus loquendi modus Graecorū, & Latinorū. Cyrillus em. & Dama, cū Ephesina synodus Ephesina recepit: Neq; ipse Christus sibi seruus est, neque dñs, satuum enim est, magis